



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De occursibus, & de ijs qui ex malis in mala incidunt. cap. xxxvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A **V**ulnaccederet homo ad Absalon, ut adoraret eum, extendebat manum suam, & apprehendens osculabatur eum. Faciebatque hoc omni Israël venienti ad iudicium, ut audiretur à rege: & conciliabat sibi corda virorum Israël.

Intrantes in domum, salutate eū. Et siquidem fuerit domus ea digna, veniet pax vestra super eam: si minus, pax vestra revertetur ad vos.

Affabilem in congregib⁹, ac suauem in colloqu⁹ esse oportet.
Ne existimemus leuem ac vilem esse hanc virtutem, nimis ^{Nat.} affabilem se⁹ præbere, ^{Chrys.}
B arque hominum alloquijs patere.

D E O C C U R S I B V S , E T D E I I S Q V I E X M A -
lis in mala incident. CAP. XXXVI.

VNT in afflictiones Ægypti: & excipiet eos Méphis, & sepeliet eos. *oſee. 9.*
Quomodo si fugiet vir à facie leonis, & occurrat ei virus, & in- *Amos. 5.*
grediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat
eum coluber. Et erit, qui fugit timorem, incidet in focam: & qui ex-
cedit ē foca, absumetur à laqueo.

C DE OTIO ET QVIETE. CAP. XXXVII.

LORIFICARE, qui sedes in domo tua.
Quiesces, nec erit qui tibi bellum inferat. *Iob.*
Tu Domine singulariter in spe cōstituisti me. Singulariter sum *Ps. 4. 140.*
ego, donec transeam.

Vir prudens quietem agit. Boni perpetuò quiescent.
Super quem respiciam, nisi super humilem & quietum, & timentem sermones *Esa. 66.*
meos.

D Nolite exire ad agros, & in viis ne ambuletis: quia gladius hostium habitat in *Hier. 6.*
circitu.

Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, *Thren. 3.*
& tacebit: quia leuavit se supra se.

Reuertetur Iacob, & quiescat, & dormiet in salutari Domini: & non erit qui ei
molestus sit.

Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. *Luc. 10.*
Rogamus vos, fratres, ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis, & opere- *1. Thess. 4.*
mini manibus vestris.

E Vita priuata atque ab hominum commercio diuulsa, ei quæ vñita est, ac societate gau- Basil.
det, à plerisque anteponitur.

*V*i quadam, quæ dici non potest, mentem suam illi informantes, qui eam nullis negotijs
districtam habent, in ea causa sunt, ut Dei sermo eos aurigæ inflar moderetur.

Solitudo animæ puritatem inchoat. Quemadmodum enim fera, blanda contrectatione simile.
cicurantur: sic etiam cupiditates, iræ, mœvores, timores, pestifera animæ mala, per solitu- solitudinis
dinem consopita, ac non assiduis irritamentis efferrata, facilius postea rationis superatetur. utilitas.

Mens in mundum minimè diffusa, in se⁹ redit, ac per se postea ad Dei notionem assur-
git. Ac tum nec ad cibi curam, nec ad indumentorum solicitudinem se⁹ detorquet, sed ab omnibus terrenis curis feriata, studium omne suum ad eternorū bonorū adēptionē transfert.

Solitudinem non nihil amplecti oportet: ut animo minimè turbido & inquinato Deum *Nat.*
alloquamur, ac mentem à rebus vagis aliquantis per reducamus. Solitudo à negotijs libera, *Orat. de*
spendorē cum negotijs coniuncto præstantior est. *seips.*